



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Fama.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Qui sciens falsis nummis, ponderibus, scriptis vitur, mortiferè peccat cum onere restituendi, *Nau. Lopez l.c.*

2 Non licet amissæ scripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam similem facere, etiam si nulli fiat iniuria, sicut neque licet conuento super mutuo, quod iam soluerit, falsum solutionis instrumentum producere. *Caua. lib. 1. var. resol. c. 2. nu. 3.*

Fama, vide Dominium, Infamia.

1. **F**ama dicitur vox cõmunis maioris partis vicinæ, ex probabili suspitione orta.

**Vide Syl. vers. Fama. nu. 1.*

2 Ad famam probandã suffiunt duo testes.

**Syl. l. c. nu. 2. Nau. in rubr. de iudi. num. 52. ait duos testes, reddita ratione deponentes, se à maiori parte populi audiuisse, legitimè famã probare.*

Familia.

1. **F**amilia dicitur vsque ad quartum gradum: itaque omnes etiam gradus quarti, dicuntur familiares, itemque omnes familiarum, etiam extra domum habitantes.

**Syl. Famil. 1. 2. & vers. Familiares.*

2 Familia Episcopi gaudet priuilegio Fori, non autem familia Ecclesiæ.

**Abb. in c. Nullus nu. 6. de foro compet. Vide c. si. de off. Archid. Ang. Fam. 6.*

L y Fa